



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Capitulum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C A P I T V L M . 47

rios, sed tantum per contrariū usum.
40. annorum. tom. 3. q. 46 art. 2.

C A P I T V L M .

Vide Oraculum viua vocis, Priuilegium.

Quid sit Capitulum intermedium
in nostro Ordine Fratrum Mi-
norum, & quomodo differat à Con-
gregatione intermedia, & ab aliis
Congregationibus nō intermediis,
declarant ad longum Statuta Bar-
chinonensia.

Maior & senior pars Capituli est,
quæ nititur maiori ratione & pie-
tate, ut docet. *Sylvester*. Certè com-
muni iure receptum est, ut pro cau-
farum varietate in quibusdam ad
numerum tantum, in aliis præter
numerum etiam ad virtutum merita
sit respiciendum, prout tenent
Abbas, Felinus, & multi alij. to. 1. q. 13.
art. 9.

Capitulum generale, imò etiam
Prouinciale, restringere potest au-
thoritatem Guardianorum, & Prio-
rum, quam postea restrictionem ex-
cedentes peccabunt pro grauitate
materiæ, nisi aliud constet ex ver-
bis

con-
am à
uen-
orum
stru-
boris
lium
g: Il-
a in-
cor-
e ad
atem
itur,
a, &
non
adam
rios,
ipso
ressu
itur.
s in-
icia-
stra-
rios,

48 CAPITVLVM.

bis ipsius restrictionis. quæst. 17.
art. 5.

Si maior pars Capituli delinquit,
& proinde priuetur sua authorita-
te , tota potestas Capituli residet
penes minorem partem quæ non
deliquerit, vt notat Panormitanus,
quæst. 41. art. 1.

Capitulum non solùm obligat
Frates vt caput Religionis, sed etiā
propter Authoritatem Apostolicam
illi commissam, salutis tamen Regu-
læ Ordinum essentialibus. art. 2.

Omnes Fratres , etiam Nouitij &
Oblati , qui Capitulo generali in-
terfuerint , possunt semel recipere
absolutionem ab omnibus peccatis
quamuis Papæ referuatis , & censu-
ris; necnon dispensationem in infa-
miæ maculis , aut irregularitatibus,
& lucrari plenariam Indulgentiam,
quam omnes absentes , qui facta
confessione, pro felici statu Capitu-
li orauerint, consequuntur. art. 4.

Capituli discretorium constat ex
omnibus Patribus vocalibus ; sed
diffinitorium tantum ex definitori-
bus cum præsidente. art. 5.

CAR